



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum possit cu[m] aliquo dispe[n]sari, quod no[n] co[n]fiteatur? 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

loco cita-  
to in ar-  
men. 1.

uerunt, cuiusmodi non est confessio .  
Ad primum ergo dicendum, quòd Hug. \* lo-

Ad secundum dicendum, quòd nō est de necesse salutis corporalis vt statim medicus quærat quando necessitas curationis incumbit. Et similiter de morbo spirituali .

Ad tertium dicendum , quòd retentio rei inuito domino, contrariatur præcepto negatiui obligat semper , & ad semper : & ideo tenetur per ad statim reddendum. Secus est autem de retentione præcepti affirmatiui, quod obligat semper sed non ad semper . Vnde non tenetur ad statim plendum .

ARTIC. VI.

24  
Tho. 4. d.  
17. q. 3.  
ar. 1. q. 5  
ar. 3. hu-  
ius quæst.

*Virum possit cum aliquo dispensari, ne confiteatur*

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quòd cum aliquo dispensari ne confiteatur peccata. Præcepta enim quæ sunt de iure potius subiacent dispensationi prælatorum Ecclesiæ. Confessio est huiusmodi, vt ex dictis patet \*. Ergo potest dispensari cum aliquo, vt non confiteatur.

¶ 2 Præterea, Illud quod ab homine institutum est, potest etiam ab homine dispensationem recipere. Sed confessio non legitur à Deo instituta ab homine; Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata. Habet autem Papa potestatem dispensandi quæ per Apostolos instituta sunt: sicut patet in Gamis. Ergo etiam potest cum aliquo dispensari confiteatur.

SED contra, Pœnitentia, cuius pars est confessio, est sacramentum necessitatis, sicut & Baptismus. Ergo in Baptismo nullus dispensare possit, nec in confessione aliquis dispensare poterit.

RESPONDEO dicendum, quòd ministri Ecclesiæ instituuntur in Ecclesia diuinitus fundata; & institutio Ecclesiæ præsupponitur ad operationem ministrorum, sicut opus creationis præsupponitur ad

cap om-  
nis, de pœ-  
nit. & re-  
miss. cō-  
tra. I. q. 1.  
I. q. 5. et  
can. 8.

natura. mentis, dei eden- ta institu- Sed hoc Christo, Papa non saluetur: dum quo dispensa- ex præce- tionem d- Ad pri- diuini no- ralis. Vnde ita ne- Ad sec- fessione- nis sit à- nem habu- legatur: & i- sua, qui E- dantur: & fos trans- ti sacerdo- tium sign- De quid- Bine- sic- Et c- Primo- conf- Secun- Tertio- tui-

natuꝛa. Et quia Ecclesia fundatur in fide & in sacra-  
\* mentis, idẽ ad ministros Ecclesiæ nouos articulos fi-  
dei edere, aut editos remouere, aut noua sacra-  
menta instituire, aut instituta remouere, non pertinet.  
Sed hoc est potestatis excellentiæ, quæ soli debetur  
Christo, qui est Ecclesiæ fundamentum. Et idẽ sicut  
Papa non potest dispensare, vt aliquis sine Baptismo  
saluetur: ita nec quod saluetur sine confessione, secti-  
dam quod obligat ex ipsa vi sacramenti. Sed potest  
dispensare in confessione, secundum quod obligat  
ex præcepto ecclesiæ, vt possit aliquis diutius confes-  
sionem differre, quàm ab ecclesia institutum sit.

Ad primum ergo dicendum, quod præcepta iuris  
diuini non minus obligant, quàm præcepta iuris natu-  
ralis. Vnde sicut non potest dispensari in iure natura-  
li, ita nec in iure positiuo diuino.

Ad secundum dicendum, quod præceptum de con-  
fessione non est ab homine primo institutum, quam-  
uis sit à Iacobo \* promulgatum: sed à Deo institutio-  
nem habuit, quamuis expressa ipsius institutio non  
legatur. Tamen quædam præfiguratio ipsius inueni-  
tur; & in hoc quod Ioanni confitebantur peccata  
sua, qui Baptismo ipsius ad gratiam Christi præpara-  
bantur: & in hoc quod dominus sacerdotibus lepro-  
sos transmissit, qui quamuis non essent noui Testamẽ-  
ti sacerdotes, tamen in eis noui Testamenti sacerdo-  
cium significabatur.

\* Ias. 5.

Mat. 3. et  
Matth. 7  
Mat. 8.  
Heb. 7.

Q V Æ S T. VII.

De quidditate confessionis, in tres articulos diuisa.

Deinde considerandum est de quidditate confes-  
sionis.

¶ Et circa hoc quærentur tria.

Primo, vtum Augustinus \* conuenienter definiat  
confessionem ?

\* loco iã  
citando.

Secundo, vtum confessio sit actus virtutis ?

Tertio, vtum confessio sit actus poenitentia vir-  
tutis ?

A R.